



SLUB

Wir führen Wissen.

<http://digital.slub-dresden.de/id404273424/1>

gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

DFG

DE
HOMAGIO REALI



P R A E S I D E

ERNESTO MARTINO CHLADENIO D

DIGESTI INFORTIATI ET NOVI PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO CVRIAE PROVINCIALIS CONSISTORII
ECCLESIASTICI SCABINATVS ET FACVLTATIS IVRIDICAE
ITEMQVE IVDICII PROVINCIALIS IN MARCHIONATV
INFERIORIS LVSATIAE ASSESSORE

PRO GRADV DOCTORIS

RITE CAPESSENDO

DIE XXX. DECEMB. A. R. S. CIO IO CCLXII

IN AVDITORIO MAIORI

PVBLICE DISSERET

HENRIC. FRIDER. LEBERECHT AVTENRIET

ADVOCATVS DRESDENSIS

VITEMBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI

ACADEMIAE A TYPIS

2009 8. 030636 0006.4

DE
HOMAGIO REALI

IN PRAESENTIA
MAGISTRI MARTINI CHALCINO
PUBLICI IN IURIS ET NOVI PROFESSORIS
ORDINARIO CURIAE PROVINCIARUM
ECCLESIASTICARUM ET SACRALTATIS
ITEMQUE IUDICII PROVINCIALIS IN MARCHIONATU
INFERIORIS LUSITANAE ASSISSORE

PRO GRADU DOCTORIS

RITE CAPESSENDO

DIE XXII. DECEMB. A. R. S. MDCCCXIII

IN AUDITORIO MAIORI

PUBLICAE DISSENT

FRIEDRICH FRIDERIK LEIBERCHT AVTENTRIET

ADVOCATUS DRESDENSIS

VITIMBERGAE

FRIDRICH ERNEST GOTTSCHEWICH

ACADEMIAE A. T. S.



DE
HOMAGIO REALI.

I.

COMMENDATUR ARGUMENTVM.



VT in ipso tractationis limine lectoris gratiam the-
mati conciliemus, omnino tanti est, hoc primum
obseruasse, plurimas fere, quae uinculum subdi-
torum, quo dominis suis, EX HOMAGII PRAESTATIONE, ob-
stricti sunt, respiciunt, controuersias, interdum etiam illustres,
feliciter expediri uix posse, nisi lucem mutuentur ab illa doctri-
nae legalis parte, quae limites HOMAGII PERSONALIS et
REALIS discernit. Quare fit, ut non solum praestantissimi artis
nostrae legumque interpretes in scriptis suis, sed etiam ipsa dica-

steria in suis responsis, cum eiusmodi controuersias tractant et componunt, subinde ex diuersa utriusque homagii indole decisionis fundamentum et robur petant. Exemplis res illustrabitur deinceps.

II.

HOMAGIUM REALE AN NOMEN INANE.
TESTIMONIUM BERGERI.

EQVIDEM, ut candide et aperte agatur, non dissimulamus, ipsam hanc doctrinam, quae, REALE HOMAGIUM separatam a PERSONALI homagio speciem esse, exponit, nonnullis uideri superuacaneam, et passim doceri, omne homagium esse PERSONALE, adeoque REALE HOMAGIUM, ut nomen inane et cassum, ex scholis nostris, etiam ex foro, merito eliminari. ^a Tantum uero abest, ut a proposito nos dimoueri patiamur, ut potius his assertis excitemur, ad rem sollicitius expediendam. Neque dubitamus, futurum, ut, expedita re, intelligatur, sua dignitate et utilitate se commendare hoc argumentum. Certe utramque agnouit incomparabilis Iureconsultus, IOHANNES HENRICVS DE BERGER, qui differentiam inter HOMAGIUM PERSONALE et REALE in scriptis suis ^b iterum iterumque recenset, eandemque, ne cui superuacanea uideri possit, MEMORABLEM expresse dicit. ^c Et uere eam esse memorabilem, luculentius in coronide constabit.

^a) Vid.

a) Vid. KNICHEN *de Iurisdic. Ciuit. Brunsvic. Cap. III.* VVLTEIVS *de feudis Lib. I. cap. 6. num. 5.* MYLERVS *de Statu Imp. Cap. 88. n. 4 add.* WERNHERVS *Vol. III. Obf. 2. num. 13.*

b) BERGER *Part. I. Resp. 29.*

IDEM *in Diss. de Nexu Iurisiur. Fidel. et Subiect. §. 25.*

IDEM *in Oecon. Iuris Lib. IV. Tit. 25. §. 2.*

IDEM *in Refol. Lauterb. Lib. XII. Tit. 2.*

IDEM *in Elect. Discept. For. Tit. XL. §. 7.*

IDEM *in Conclus. For. Exerc. I. Concl. 17.*

c) BERGER *in Diss. de Nexu Iurisiur. fidel. et subiect. §. 25.*

III.

ETYMOLOGIA HOMAGII.

HOMAGIVM ab HOMINE deriuari, communis est Doctorum, si paucos exceperis, qui illud, cum sit species iuramenti, a Graeco uerbo ὀμνύειν, iurare, uidebuci existimant, sententia. Firmare illam uidetur, quod ueteres pro homagio promiscue dixerunt HOMINAGIVM, HOMINIVM, HOMINISCVM, et HOMINATVM, quae uoces istud Etymon clarius exprimunt. Ut quaedam saltem exempla, fide CAROLI DV FRESNE, d commemoremus, Radulphus de Diceto, Anglus, seculo decimo tertio scripsit: *Fulco Rechin primus Stephano Blesensi HOMINAGIVM fecit.* Sugerius, Abbas Gallicus, seculi duodecimi scriptor, memorat nobilem Regis Dagoberti cathedram, in qua Reges Francorum, suscepto regni imperio, ad suscipien-

da optimatum suorum HOMINIA primum sedere consueuerunt. In charta anni 1212 apud Catellum in Historia Comitum Tolosae legitur: *compulsus fuit iurare et facere eidem Comiti HOMINISCVM pro Ducatu.* Gregorius VII. Papa, apud Iuretum, gra- uiter interdixit, *ne clericus a laico vnquam iustificetur, nec pro terra, nec pro aliis rebus, quas ab illo tenet, HOMINATVM faciat.* Quid uero sit, quod ab HOMINE dicatur haec species iuramenti, minus difficile illis uidebitur, qui memores sunt, illa praesertim aetate, qua uoces HOMAGIUM, HOMINAGIUM, HOMINIVM, HOMINIS- CVM et HOMINATVS, frequentari coeperunt, quasuis personas, do- minis suis fidei, obsequii et seruitii, nexu obligatas, HOMINES al- terius dici siveuisse. Quid enim illa aetate, et postea, frequenti- us, quam haec loquendi ratio, HOMO IMPERATORIS, HOMO RE- GIS, factus est, Imperator eum suscepit AD HOMINEM. Et quis nescit famosum illud carmen, quod actui coronationis Lotharii II. Imperatoris, in Palatio Lateranensi depicto, adscribi aut cu- rauit aut passus est Innocentius III. *Rex venit ante fores iurans prius urbis honores: Post HOMO FIT Papae, sumit quo dante coronam.* Imo ipsum ius feudale Longobardicum interdum pro VASALLO dixit HOMINEM. Huc spectat textus, in quo exponitur, feloni-

am

am committi a Vasallo, si HOMINEM tradat, hoc est, si conuasal-
lum prodat, et in alio capitulo g docetur, HOMINEM LIGIVM
duorum esse non posse, hoc est, Vasallum duobus dominis directis
ita obligari non posse, ut utrique contra omnes, nemine excepto,
fidem et seruitia praestet. Quod denique ab homine dicatur
homAGIVM uel hominAGIVM, mirum uidebitur nemini,
qui meminerit, fuisse morem priscae illius aetatis, ut praestatio-
nes cuiuscunque fere generis, quibus quis uel personae, uel bo-
norum, intuitu, obnoxius esset, uoce, in AGIVM flexa, appel-
larentur. Vere abundant ueteres tabulae eiusmodi uocibus,
AGIVM resonantibus, quarum aliae adhuc nostra aetate fre-
quentantur, aliae uero, et pleraeque quidem, ex scholis et foro exu-
les factae sunt, licet ipsa res, quam denotabant, supersit. Ex du-
centis, et ultra, accipe, ut exempla, Vasallagium, Obstagium,
Apanagium, Paragium, Anchoragium, h) Altaragium, i) Mari-
ragium, k) Filiolagium, l) Frumentagium, Farinagium, Bouagi-
um, Vaccagium, Ouagium, Porcellagium, Gallinagium, Capita-
gium, Forestagium, Bordagium, Stallagium, Focagium, Guida-
gium, Pedagogium. Reliquas commemorare prohibet ipsa uocum
copia. Igitur genio illius aeni tribues, quod etiam praestatio fide-
tatis, quae ab HOMINE fit domino, HOMAGIVM uel HOMINAGIVM
dici coeperit.

d) CARO.

- d) CAROLVS DV FRESNE in *Glossario med. et inf. Latin. bis voc.*
- e) Quid tamen postea inter Imperatorem Fridericum Barbarossam et Papam Adrianum, de abolenda pictura cum inscriptione illa, actum sit, memorat RADEVICVS *Lib. I. c. X.*
- f) 2. F. 37.
- g) 2. F. 99.
- h) Ius ANCHORAGII ad regalia Sereniss. Ducum Brunsv. Luneburg. refert GODOFR. MASCOVIUS in *Notit. Iuris Brunsv. Luneb. Part. III. §. 12.*
- i) ALTARAGII indolem copiose exposuit PRAESES in *Tractatu de Altaragio eiusque infeudatione*, anno 1746. edito.
- k) MARITAGIVM dicebant tum illam pecuniam, quam seruus uel homo proprius, nuptias affectans, pro consensu domini soluebat, tum etiam dotem. Vid. HEINECCIUS *Iur. Germ. Lib. I. Tit. I. §. 46. et XI. §. 244. et 10.* SCHILTERVS *Exerc. ad Pand. 36. §. 73.* Memorabile est Rescriptum Friderici Imperatoris de colligenda pecunia pro MARITAGIO filiae Imperatoris, quae nupsit Marchioni Misniae. Extat illud in GOLDASTI *Constitut. Imp. Tom. II. Rescript. 13. pag. 55.* Teste laudato MASCOVIO in *Notit. Iur. Br. Lun. P. III. §. 22.* ad consuetudines Bremenses adhuc pertinet 'maritagium, germanice dictum *der Hemdschilling*, quod in praefecturis quibusdam a quouis nouo patrefamilias praestandum est regiis praefectis.
- l) FILIOLAGII nomine ueniebat donum, quod a patrinis oblatum infanti, nostro idiomate *das Pathengeschenk*. Interdum etiam FILIOLATVS et FILIATICVM dicebatur. Vid. CAROLVS DV FRESNE in *Glossar. med. et inf. Lat. bis voc.*

IV.

HOMAGIVM, VOX AMBIGVI SENSVS.

HIC PRO IVRAMENTO SVBIECTIONIS.

VERISSIME dixerunt REINKINGIVS^m et LYNCKERVSⁿ AMBIGVAM et AEQVIVOCAM esse uocem HOMAGII. Licet enim il-

lud coedert.

lud semper denotet iuramentum, quo quis se obligat ad fidem, tamen, pro diuersa qualitate fidei, diuerso modo usurpatur, ita ut non saltem iuramentum subiectionis, sed etiam illud, quod intuitu aliorum iurium, citra nexum subiectionis, praestatur, HOMAGII nomine ueniat. Sic quondam FIDEI VASALLITICAE professio plerumque homagium dicebatur. Sic iuramentum ab officialibus, ratione MINISTERII praestitum, a nonnullis species homagii dicitur. ⁿⁿ Sic HOMAGIUM TUTEAE, HOMAGIUM CONSTITUTI DOTALITII, passim occurrit. ^o Sic interdum sola obligatio ad praestationem operarum, uel census, homagii nomine comprehenditur. Maximum haec obseruatio usum praestat, si de nexu subiectionis disceptetur, et is, cui probatio subiectionis incumbit, praesidium causae petat ex sola HOMAGII PRAESTATIONE. Facile tunc fallet haec argumentatio, HOMAGIUM praestitit Iauolenus, ergo est SVBDITVS, nisi uel ex ipsa homagii formula, uel aliunde, constet, Iauolenum homagium eo nomine praestitisse, ut haberetur pro subdito. Audias LYNCKERVM, P qui Ordinis Iuridici Ienensis nomine respondit: Wiewohl auch eben dieses Wort homagium ganz ambiguum ist, und eben so leicht einen Zins, Dienst, Lehn, und dergleichen Pflicht, auffer Zweifel aber diejenige Verbindlichkeit anzeigt, zu welcher man anders woher siehet und weiß, daß die Person, quae praestare uel

B

prae

praestitisse dicitur homagium, gehalten ist. Consona est doctrina KLOCKII, q *Homagia non tantum a subditis, SED ETIAM A NON SVB-DITIS, PRAESTANTVR, quod praecudiciis multarum ciuitatum, quae suis archiepiscopis aut episcopis homagia praestant, ostenditur. Iurat Colonia, iurat Spira, iurat Wormatia, iurant aliae. Quare falluntur et fallunt, qui a qualibet homagii praestatione subiectionem concludunt. Nam iuramentum homagiale, quantumvis plena forma praestitum, iuxta subiectam materiam FOEDERIS HOMAGIALIS ET PACTA ILLIS AD-DITA, est intelligendum. In tanta igitur difficultate, quae uocem HOMAGII circumstat, opus est, ut moneamus, huc pertinere illud homagium, quo id agitur, ut iurans se SVEDITVM profiteatur. Si, tale praestitum esse, constet, nemo dubitabit, inde subiectionis argumentum tuto peti. Hoc nimirum sensu dixit MVLTZIUS, r *Homagium arguit subiectionem, et est eius nota uel indicium. Hoc sensu WERNHERVS: s Homagii praestatio est indicium subiectionis. Eodem HORNIUS: t Die Leistung des Homagii ist ein Zeichen der Unterthänigkeit, und die, so solches abgelegt, für unterthänig zu achten.**

m) REINKINGIUS de Regim. Secul. et Eccles. L. I. Class. V. Cap. IV. n. 24.

n) LYNCKERVS Vol. I. Resp. 193. n. 53.

nn) ROSENTHAL de feudis Cap. VI. Concl. 85. n. 3.

o) STRVVIUS Diff. Iur. Publ. XXVI. §. 3.

p) LYNCKERVS loc. cit.

q) KLOCKIUS Vol. III. Consil. 134. n. 292. et 294.

r) MVLTZIVS *Imperat. Maieft. iuri suo affert. Part. III. Cap. 8. n. 7.*

s) WERNHER *Part. IV. Obs. 2. n. 3.*

t) HORNIUS *Claff. II. Refp. 34.*

V.

HOMAGIVM

BIS DIVIDITVR IN PERSONALE ET REALE,
SENSV DIVERSISSIMO.

VTRAQVE DIVISIO EXPLICATVR.

ALTERA DIMITTITVR.

DISPESCITVR homagium in PERSONALE ET REALE. Ne quid in progressu nos turbet, hoc praefertim monendum est, duplici et plane diuerso respectu ita distingui solere. Primum enim illis, qui disquirunt, utrum effectus homagii, morte uel domini uel subditi, prorsus expiret, an uero ille transeat ad utriusque successorem, ita ut actus homagii repetendus non sit, familiaris est appellatio HOMAGII PERSONALIS ET REALIS. EX his enim alii contendunt, omne homagium esse PERSONALE. Alii contra, omne homagium esse REALE. His igitur PERSONALE est, cuius effectus extinguitur morte uel domini uel subditi, nec ad domini successorem, uel ad subditi filium, transit. REALE uero, cuius effectus transit ad utriusque successorem, ita ut actus homagii repetendus non sit. Sed hanc diuisionem, cum aliena sit ab instituto nostro, praetermittimus. Alium plane sensum habet altera distinctio, quae huc spe-

ctat. Nimirum PERSONALE HOMAGIUM dicitur, quod praestatur ab eo, qui QUOAD PERSONAM est subditus eius, cui iurat. REALE uero praestat, qui non quoad personam est subditus, sed saltem INTUITU BONORVM, quae possidet, Domino, sub cuius iurisdictione bona sunt SITA, subiectus est. Sane suo fundamento haec diuisio nititur.

ii) Vid. BARTHIVS *Dissens. in Praxi Cent. II. diff. 136.* et KLOCKIVS *Vol. II. Consil. I. n. 24. et Vol. III. Consil. 192. num. 188.*

VI.

SVBIECTIO PERSONALIS ET REALIS.

SCILICET ipsa subiectio, ut uarios fontes habet, quos distincte exprimit Perillustris AVCTOR des Europäischen Herolds, his verbis: ^w Die Unterwürffigkeit der Unterthanen entstehet entweder aus der Geburt, wenn nemlich der Vater der Herrschaft unterthan ist, oder wenn man sich mit häußlicher und wesentlicher Wohnung in einem Lande und Orte niederlässet, oder sie entspringet aus einer Lehnschuldigkeit, oder wegen gewisser Erbgüter, die man unter der Obrigkeit hat, ita diuersos quodammodo effectus producit, prout illa, uel ex hoc, uel ex illo, fonte descendit. Inde alia SVBIECTIO PERSONALIS, alia REALIS, appellari coepit. Iuramentum igitur, quo quis profiteatur SVBIECTIONEM PERSONALEM, homagium PERSONALE, et illud, quo

quo SVBIECTIO REALIS firmatur, HOMAGIVM REALE dicitur. Agnoscit hanc doctrinam HORNIVS, x cuius uerba recensere omnino attinet, ut constet, etiam summi huius Iureconsulti iudicio non inane nomen esse homagium reale. *Subiectio, inquit, non unius semper generis est, sed interdum maiori, interdum minori, ui stringitur. Ex qua re nata distinctio in homagium PERSONALE ET REALE. PERSONALIS SVBIECTIO in illis est, qui in loco, superiori subiecto, domicilium constituerunt, siue bona ibidem habeant immobilia, siue nulla, quorum PERSONA in omnibus ABSOLVTE domino est subiecta, atque hi praestant HOMAGIVM PERSONALE. REALIS SVBIECTIO in illis cernitur, qui possessiones in loco, superiori subiecto, habent, sed domicilium ibidem non constituerunt, atque adeo TANTVM QVOD BONA, quae possident, et INTVITV ILLORVM, sunt subiecti, non uero intuitu personae, uel si quidem etiam ratione personae subiectos dicere uelis, tamen SECVNDVM QVID tantum, et respectu REI SITAE ita dicendum erit. Tales ergo HOMAGIVM REALE TANTVM praestant,*

u) EVROP. HEROLD im allgemein. Vorbericht pag. 49.

x) HORNIVS Iurisprud. Feud. Cap. XIII. §. 4.

VII.

AN EXTRANEVS AD PRAESTATIONEM HOMAGII
REALIS ADSTRINGI POSSIT
DISQVIRITVR.

DIVISAE DOCTORVM SENTENTIAE.

IAM attingenda est quaestio, utrum is, qui bona in territorio, ubi domicilium non habet, possidet, ad praestationem homagii cogi possit, nec ne. Quaestio, ut uidetur, perquam difficilis. Attingenda tamen et enodanda. Vt quidem difficilem quis dicat, mouere poterat dissensus Iureconsultorum, quorum pars negantem, pars affirmantem, sententiam tuetur, praecipue uero, quod utraque pars, tum negans, tum aiens, quadam causae fiducia, excitet GERMANIAE CONSVETVDINEM. Interim tamen, ut per se iucunda res est, discordes animos in concordiam reducere, ita operam dabimus, ut in gratiam et concordiam redeant, qui in partes ire uidebantur. Accipe aliquam dissentientium nomenclaturam. Inter eos, qui negant, forenses, ratione bonorum, ad homagii praestationem teneri, agit KNICHENIVS. ^y Agit RVDINGERVS, ^z qui quidem negantem sententiam magis communem uocat. Agit ROSEN-

THALIVS, ^a qui itidem, ut suae sententiae pondus aliquod addat, expresse commemorat, eam MAGIS COMMVNEM, AC CONSVETVDINE APPROBATAM dici. Agit KLOCKIVS, ^b maxime ROSENTHALII auctoritate ductus. Agunt etiam plures, qui ab his excitantur. Econtra affirmantem sententiam defendunt alii, quos recensent ROSENTHALIVS, ^c MAVLIUS ^d et RITTERVS. ^e Et, ne credas, forsitan ueteris scholae doctorum tantum fuisse hanc sententiam, interest addidisse, recentiori etiam aetate eam obtinuisse in Dicasteriis. LYNCKERO interprete, ^f IURECONSULTI IENENSES forenses ad praestationem homagii a domino iurisdictionali cogendum esse, iudicarunt. Responsi uerba, cum hanc doctrinam illustrent, adscribere non piget: Socinus hat un-
 ter Norico, dem in einem Dorffe über die Einwohner auch Feld und Flur die Erb-Gerichte, dem Landes-Fürsten aber die Ober-Gerichte zustehen, theils ererbte, theils an sich gekaufte Bauren Güter, und als er-
 wehnter Noricus von Socino, der in einer unfern gelegenen Stadt seine Wohnung hat, die Erb-Pflicht fordert, und dieselbe von ihm in Person abgelegt haben will, verwegert dasselbe Socinus, weil er in solchem Dorffe sein Domicilium nicht habe, et uero ratione bonorum alibi sitorum ut quis ibidem homagium praestet, neminem teneri; dies
 weil

weil aber doch die Obseruanz solcher Orten es mit sich bringet, daß ein Eigenthumsherr seiner Güter wegen sich dem Erb=Gerichtsherrn, der die ordentliche Jurisdiction hat, und jener von ihm in der Gerichts=Unterthänigkeit dependiret, dienstpflichtig und mit dem Unterthanen Eyd verbindlich machen muß — So mag Socinus zu Ablegung solcher Pflicht durch gehörige Mittel, als Pfändung auch Besteck= und endlich Einziehung seiner Güter wohl angehalten werden. *ET IVRECONSULTI VITEMBERGENSES, teste BERGERO, s responderunt, dominum territorii homagium exigere posse a possessore, quantumuis forensi. Potiora Responsi prolixioris capita recensuisse, lectoris interest: Wenn nun gleich fürgewendet werden möchte, daß unterschiedener bewährter Rechts=Lehrer Meynung nach auch ein priuatus, welcher in auswärtiger Herrschaft Landen Güter besizet, deshalb erwehnter fremden Herrschaft die Huldigungs=Pflicht zu leisten nicht gehalten, in Erwegung, daß angeregte Pflicht bloß von denen Unterthanen, welche unter der hohen Landes=Obrigkeit Schutz ihre Wohnung und beständigen Aufenthalt haben, wegen der persönlichen Unterthänigkeit und Gehorsam, damit sie derselben verhaftet, genommen werde, dahingegen die bloße possess unbeweglicher Güter an Seiten der Landesherrschaft, worunter selbige gelegen, das domicilium und persönliche Subiection nicht constituiren mag — Dieweil aber die Landeshohe = Obrigkeit nicht allein die ihr un-*

ter=

terwürffige Personen, sondern auch die darunter gelegene Güter be- ständig afficiret und in sich fasset, und aber die Landes-Huldigung für eine unfehlbare Wirkung ermeldter obrigkeitlichen Hoheit gehalten wird, hierüber nicht allein mehrere Rechts-Lehrer, sondern auch eine hergebrachte beständige Gewohnheit in Teutschland, deutlich bewähren, daß ein Landesherr, krafft habender hoher Obrigkeit, auch wegen der unbeweglichen Güter, die Besizer, ungeachtet selbige anderwärts wohnhaft sind, zur Abstattung der Erbhuldigung anzuhalten befugt. So erscheinet dannhero soviel, daß obberührte Stadt, wegen der beyden iure allodii ihr zukommenden Dörffer der hohen Obrigkeit des Niedersfürstenthums, worunter sie aniez begriffen, die geforderte Erbhuldigung, jedoch nur soviel angeregte beyde Dörffer und die darauf hastenden Onera betrifft, und also des der hohen Obrigkeit des Obersfürstenthums allbereit geleisteteten homagii personalis und anderer derselben über ermeldte Stadt zustehenden Gerechtigkeit allenthalben unbeschadet, abzustatten, im Stande Rechtens sich nicht entbrechen mag.

y) KNICHEN *de Iurisdic. Ciu. Brunsv. Cap. III. pag. 32.*

z) RÜDINGER *Obs. Iur. Camer. Centur. 2. obs. 30. n. 59.*

a) ROSENTHAL *de Feudis Cap. VI. Concl. 85. num. 8. et not. k.*

b) KLOCKIUS *de Contributionibus Cap. XI. n. 5. et Cap. XX. n. 346.*

c) ROSENTHAL *loc. cit. not. l.*

d) MAVLIUS *de Homagio. Tit. I. n. 16.*

e) RITTERVS *de Homagio C. 5. concl. 101.*

f) LYNCKERVS *Rer. in Dicast. Ienensi decis. Cent. IX. Decis. 870.*

C

g) BER-

g) BERGERVS *Part. I. Respons. 29. & in Diff. de Nexu iuram. fidel. et subiect.*
§. 25.

VIII.

CONCILIANTVR SENTENTIAE.

CONSVETVDO

REGINA HVIVS DOCTRINAE.

IN tanto quidem dissensu dubium uideri poterat, cui sententiae tuto accedendum sit, utrum illi, quae negat, an uero affirmanti. Sed, ut plane dicamus, quod res est, utraque sententia, quantumuis contraria uideri possit, suo calculo est digna, et, nullam suspensionem contrarietatis superesse, is intelliget, qui, memor discriminis inter homagium personale et reale, explorauerit, de qua homagii specie senserint, qui uel hanc, uel illam, sententiam defenderunt. Istis quidem, qui extraneum, in prouincia bona possidentem, ibi ad praestationem homagii obstringi, negant, fermo est de homagio PERSONALI, quod plenam subiectionem arguit. Id enim plerumque is saltem praestat, qui DOMICILIUM habet in prouincia. Hi uero, quorum iudicio etiam FORENSES, intuitu bonorum immobilium, praestationi homagii sunt obnoxii, sentiunt de homagio REALI, quod non plenam, sed respectiuam saltem, subiectionem, quam antea REALEM diximus, indicat. Hoc enim saepius praestandum est a possessoribus praediorum, quamuis alibi domicilium habeant. Et licet quidam ex negantibus eo procedant, ut, extraneum ad homagii praestationem

nem

nem teneri, GENERALITER negent, adeoque etiam REALE homagium, ut speciem, excludere uideantur, horum tamen doctrina nullam alit discordiam. Prouocant enim perinde, ac affirmantes, ad CONSVETVDINEM Germaniae, et hac ipsa re mire conspirant in concordiam. Nimirum CONSVETVDINE locorum et prouinciarum Germaniae regitur fere ^h integra doctrina de HOMAGIO REALI, et praesertim haec, quam disceptauimus, quaestio. Multipere uero uariat consuetudo. ALIBI enim receptum est, ut extranei, qui bona immobilia ibi possident, a praestatione homagii, etiam realis, plane sint immunes. ALIBI fert consuetudo, ut extranei, intuitu bonorum, ad praestationem homagii realis adigantur, sed quoad personam forenses maneat. ALIBI uero, audis consuetudinem tertii generis, quae deinceps dicenda illustrabit, usus uiget, ut extraneus, qui bona immobilia ibi acquirit, eo ipso subditus fiat, non solum quoad bona, sed etiam quoad personam, ideoque homagium personale praestare teneatur. Inde intelliges, quid sit, quod REINKINGIUS, ⁱ qui, bonorum intuitu, homagium regulariter non praestari, docet, mox limitationem addat, *nisi in quibusdam locis aliud RECEPTVM sit.* Inde memorat KAVFMANNVS, ^k *homagium reale non ubique in vsu esse, in multis tamen Sueniae locis illud OBTINERE.* Inde AVCTOR des Europäischen Herolds:

rolds: ¹ So ist doch in denen Europäischen Reichen hergebracht wor-
 den, daß jedesmal bey Antritt einer neuen Regierung die Unterthanen,
 ja auch wohl die FORENSES, welche keine Unterthanen sind, jedoch Gü-
 ter unter dieser Obrigkeit haben, mittelst leiblichen Eydes die Unterthänig-
 keit der Huldigung schwören. Inde IVRECONSULTI TENENSES in
 Responso, quod antea ex LYNCKERO adduximus: Diereit aber
 doch die OBSERVANZ solcher Orten es mit sich bringet, daß ein Ei-
 genthumsherr, seiner Güter wegen, sich dem Erbgerichtsherrn dienst-
 pflichtig und mit dem Unterthanen Eyde verbindlich machen
 muß. Inde etiam IVRECONSULTI VITEMBERGENSES, te-
 ste HORNIO, ^m responderunt: Wenn gleich in unterschiede-
 nen Provinzen des Reichs niemand unbewegliche Güter besit-
 zen kan, der sich nicht zugleich zu einem vollkommenen Unterthanen,
 sowohl besagter Güter, als seiner Person halber, bekennet. Vt igitur
 regnat in hoc argumento CONSVETVDO, ita dissentientes praefer-
 tim ex CONSVETVDINE LOCI, uel PROVINCIAE, ubi scripse-
 runt, explicandi et conciliandi sunt. Accuratissime in expedienda
 hac controuersia uersatur LÜDERVS MENCKENIVS, cum docet, ^{mm}
 ius exigendi homagium reale a SUPERIORITATE TERRITORIALI
 dependere, neque illud nuda obseruantia, siue simplici non usu, ex-
 cludi, sed illum, qui se praestationi homagii realis subducere uult,
 contra-

contra-

contrariam consuetudinem specificam, uel praescriptionem legitimam, probare debere.

- h) Cautè diximus, FERÈ. Nam interdum lex SCRIPTA confirmat obligationem ad homagii realis praestationem. Sic ad legem prouinciae prouocant IVRE CONSULTI VITENBERGENSES apud HORNIVM *Class. II, Resp. 34*.
 Hiernechst daß in dem Fürstenthum Anhalt der Besitz unbeweglicher Güter ohne personal subiection nicht seyn könne, keinesweges dargethan, vielmehr aus der Fürstl. Anhaltischen Landesordnung Tit. 18. daß contrarium zu ersehen, wenn Auswärtigen durch Erbfälle liegende Gründe zufallen, nur davon die Erbholdigung, nebst einem Reuers, alle Gebührnisse davon zu leisten, oder in zweyen Jahren ic. erfordert wird.
- i) REINKINGIVS *de Regim. Sec. et Ecol. Lib. I. Class. V. Cap. LV. n. 35.*
- k) KAUFMANNI *Dominus et Subditus Part. II. Tit. 1. n. 28.*
- l) EVROP. Herald in allgem. Vorb. pag. 49.
- m) HORNIVS *Class. II. Resp. 34*
- mm) LÜD. MENCKENIVS *Diss. de Iureiurando Ciuium Coroll. I.*

IX.

SAXONIA

EXPERTS HOMAGII REALIS.

HOMAGII REALIS ET LANDSASSIATVS

ANTIPATHIA.

DIXIMVS, triplicis generis esse consuetudinem, ex qua uigor homagii realis sit aestimandus. Per se patet, uigere homagium reale, siue nomen, siue rem, spectes, praesertim in istis terris, ubi consuetudo secundi generis obtinet. Ibi enim subditi in duplicem abeunt classem. In altera sunt illi, qui DOMICILIUM ibi habent, adeoque PERSONALEM SVBIECTIONEM CONFIRMANT.

firmant praestando homagium personale. In altera classe agunt
 EXTRANEI, qui bona ibi possident, et qui adeo tantum secundum
 quid, hoc est, intuitu BONORVM, subditi fiunt, et HOMAGIUM REALE
 praestare dicuntur. At in prouinciis, ubi primi uel tertii generis
 consuetudo obtinet, et ubi forenses, immobilia bona ibi possiden-
 tes, uel plane immunes sunt ab homagii praestatione, uel subie-
 ctionem personalem simul subire tenentur, exulat homagium rea-
 le. Iam, nisi fallimur, anquiris, quid SAXONIAE CONSVETUDO fe-
 rat. Respondebimus uerbis LYNCKERI, qui rotunde: ⁿ Die Säch-
 sche Obseruanz weiß von einem blossen homagio reali nichts. Cui
 exacte consentaneum est BERGERI testimonium ^o: *Recte dixeris, in*
Saxonia omne homagium esse personale, NULLVM REALE, scilicet tantum.
 Cuius quidem rei ratio sita est in eo, quod in terris Saxonis ple-
 ne uigeat LANDSASSIATUS, ui cuius omnes illi, qui bona, siue al-
 lodialia, siue feudalia, ^p possident, quamuis alibi domicilium ha-
 beant, tamen simul, ^qUOAD PERSONAS, pro subditis reputantur. ^q
 Ad hanc Landsassiatum, in diuersis Germaniae territoriis recepti,
 qualitatem respexit ORDO IURECONSULTORVM VITEMBERGENSIUM,
 in Responsi, ^{ex}HORNIO iam allegati, uerbis, quae repetere interest:
 Wenn gleich in unterschiedenen Provinzen des Reichs niemand unbeweg-
 liche Güter besitzen kann, der sich nicht zu einem vollkommenen Untertha-
 nen,

nen,

nen, sowohl besagter Güter, als seiner Person halber, bekennet. Vbi
 uero possessores bonorum immobilium, licet, domicilii ratione,
 EXTRANEI dicantur, simul PERSONALITER subiecti sunt, ibi cessat
 SVBIECTIO REALIS. Vbi haec cessat, ibi exulat HOMAGIVM REALE.
 Quo accuratius igitur LYNCKERVS dixit, ^r distinctionem inter ho-
 magium reale et personale non agnosci in illis locis, ubi Landsas-
 siatus uiget, tanto magis dubitabis, an consulte SCHWEDERVS ^s do-
 ceat, eandem distinctionem cum primis in locis, ubi Landsassiatu-
 s plene uiget, usum habere. Imo non habet, nec habere potest, ob
 contrariam plane indolem LANDSASSIATVS ET HOMAGII REALIS.
 Alterutrum enim si ponas, tolles alterum. Egregie illustrat hanc
 doctrinam pars Responsi IURECONSULTORVM IENENSIVM, quod WILD-
 VOGELIVS exhibet: ^r Und obwohl *ratione actionum personalium* ein du-
 bium daher erwachsen könnte, *quod homagium reale tantum afficiat rem,*
indeque is, qui sub aliquo domino bona habet, et iurat, in personalibus
se domino subiecisse non uideatur, et sic ab homagio ratione rerum prae-
stito non sit fundata qualitas subiectionis personalis absoluta, so ist es
 doch ein anders und wird dieser Unterscheid nicht observiret in terris,
 ubi Landsassiatu- s uiget, dergleichen Landsassiatu- s denn in denen Sächsi-
 schen Landen unstreitig eingeführet ist, also daß auch ein unmittelbarer
 Reichsstand eo ipso, quod iuramentum subiectionis praestitit, in allen
 Sachen

Sachen

Sachen, tam realibus, quam personalibus, vor solchen Gerichten belanget werden könne. Cautè igitur BERGERVS, cum Responsum, aliquoties a nobis iam excitatum, et in quo causa homagii realis agitur, recenset, u haec addit: uerum enim uero, quemadmodum, praedictum responsum EXTRA SAXONIAM nostram datum fuisse, ipse contextus in facto non obscure indicat, ita ex commemorato homagio etiam SVBIECTIONEM PERSONAE, inprimis uero competentiam fori in actionibus personalibus apud Saxones dimanare, ex iis, quae modo dicta sunt, satis liquido euincitur.

n) LYNCKERVS Vol. II. Resp. 57. num. 15.

o) BERGERVS Elect. Disc. For. Tit. XL. §. 7.

p) Hinc, ubi Landsassiatu uiget, Vasalli, quamuis alibi domicilium habeant, cum Vasallagio homagium personale praestare tenentur. Quare iuramentum, ab eiusmodi Vasallis praestitum, ab ORDINE IURECONSULTORVM VITEMBERGENSIUM congrue dicitur HOMAGIUM VASALLITICVM in Responso apud WERNHERVM Supplem. Nou. ad Part. IV. Obs. 2. uerbis: Diemeil das von ihm geleistete homagium uasalliticum, wenn er auch nicht daselbst wohnet, ihn allerdings daselbst dingpflichtig macht.

q) Doctrinam de Landsassiatu eiusque effectu exponunt WILH. LEYSERVS in Diss. de Landsassis Amtsassis et Schriffsassis. WERNHERVS in Diss. de Probatione Landsassiatu ex situ terrarum. MENCKEN in Diss. de Vi superioritatis territorialis in territoriis clausis. SCHILTERVS in Exercit. ad Pand. XIII.

r) LYNCKERVS in Analect. ad SCHWEDERI Ius Publ. Part. Spec. Sect. 2. cap. XI. §. 2.

s) SCHWEDERVS Iur. Publ. Part. Spec. Sect. 2. cap. XI. §. 2.

t) WILD-

a) WILDBÖGELIUS *Respons.* XLIII. si sup. i. 1. c. 1. p. 1. p. 1. p. 1.

u) BERGERVS in *Diff. de Nexu Iurisiurandi fidel. et. subiect.* §. 26.

X.

HOMAGII REALIS EFFECTVS.

REVERTIMUR igitur ad prouincias, ubi homagio reali
constat uigor. Dispiciendum enim est de effectu hu-
ius homagii. Nimirum ex iis, quae de eius indole dixi-
mus, sponte fluit, illud non, ut personale homagium, afficere
PERSONAM iurantis, neque hunc, ut HORNIVS *W* exprimit, EXTRA
CAVSAS, QVAE REM TANGVNT, ad obedientiam domino territorii
uel loci obligari. Vnde, si de ONERIBVS quaeratur, dicendum est,
eum quidem ad praestationem illorum onerum, quae REALIA, uel,
stylo Iuris Romani, *X* MVNERA PATRIMONIORVM, MVNERA POSSES-
SIONIS, dicuntur, et ipsi fundo, quem ibi possidet, inhaerent, te-
neri, a ceteris uero oneribus, quae PERSONALIA uocantur, immu-
nem esse. Comprobatur hoc testimonio ORDINIS IVRIDICI VITEM-
BERGENSIS, qui respondit: *W* Dahingegen die Erbhuldigung wegen der
rer Güter, homagium reale, allein erwehnte Güter, und die auf des-
nenselben haftenden Beschwerden anbetrifft, und den Besizer an ihm
selbst und wegen persönlicher onerum der hohen Obrigkeit des Territo-
torii, worinnen die Güter begriffen, nicht unterthänig machet. Deinde,
cum dubitari possit, numne, si quis alibi homagium reale

D

prae-

praestet, ea re fidei, qua is domino territorii, ubi domicilium
 habet, hactenus obstrictus fuit, aliquantum derogetur, in eodem
 Responso ius DOMINI PRIORIS SALVVM declaratur. Repete, si
 placet, verba Responsi, antea §. VIII. in fine, recitata, praeser-
 tim haec: jedoch nur so viel beyde angeregte Dörffer und die darauf
 haftende Onera betrifft, und also des der hohen Obrigkeit des Oberfür-
 stenthums allbereits geleisteten homagii personalis und anderer derselben
 über ermeldte Stadt zustehenden Gerechtigkeit allenthalben unbeschadet.
 Rationem decidendi ita exprimunt respondentes: Diemeil das ho-
 magium reale den Besizer der Güter der Pflicht, womit er der Herr-
 schaft des Orts, woselbst er seinen wesentlichen Aufenthalt hat, allbereits
 verwandt ist, nicht entziehet, eandemque Legum Imperii auctoritate
 firmari euincunt. Idem obseruauit SCHAYMÖVRIGIVS, in hunc in-
 modum differens: Es unterwerffen sich diejenigen, so das homiagi-
 um reale leisten, keinesweges wegen ihrer Person und wegen derer
 onerum personalium dem domino des Territorii, inweniger geht
 dadurch der Obligation, womit sie ihrem domicilio ad domicilium ver-
 wandt sind, etwas ab. Quae cum ita sunt, facile iudicabitur, eum,
 qui praestitit homagium reale, ratione iuris in eo terri-
 torio, ubi sita sunt bona, neutiquam conueniri posse. Vtut enim il-
 le subditus eius, cui praestitit homagium, iudici possit, adeoque fo-

rum generaliter fundatum esse uideatur, tamen, per ea, quae exposuimus, tantum est subditus secundum quid, nimirum quoad BONA INDSITA, non quoad PERSONAM. Casum, apprimè huc pertinentem, hoc ipso seculo ORDINI IURIDICO VITEMBERGENSI ex uicina prouincia oblatum, et ita decisum, fuisse, discas ex Responso apud HORNIVM. ^a Sed memor esto, nihil haec pertinere ad terras, ubi Landsassiatu uigor uigorem homagii realis excludit.

w) HORNIVS *Iurispr. Feud. Cap. XIII. §. 4.*

x) L. 18. §. 21. et 25. D. de Muneribus et hon.

y) BERGER *Part. I. Resp. 29.*

z) SCHAUMBURGII *Einleitung zum Sächs. Rechte Exercit. VII. §. 4.*

a) HORNIVS *Clasf. II. Resp. 34.*

XI.

HOMAGIUM PRAESTITUM

AN IN DVBIO PRO PERSONALI AVT REALI
HABENDVM.

CUM igitur homagii personalis et realis plane diuersa sit qualitas, diuersus etiam effectus, et arctiori uinculo teneatur subditus, qui personale homagium praestitit, quam qui reale, ipsa omnino res postulat, ut, si qua de uinculo subiectionis disceptatio inter dominum et subditum oriatur, id praesertim inuestigetur, utrum hic homagium PERSONALE praestiterit, an uero REALE TANTVM. Hoc

nimirum si constet, constabit decisio. At paulo difficilior esse videtur discussio, si ambiguus sit homagii praestiti sensus, et DOMINVS PRO PERSONALI, SUBDITVS CONTRA PRO REALI subiectione pugnet. Ecquid sentis? An in causa dubia fortior pro PERSONALI, aut pro REALI, homagio erit PRAESUMPTIO. Per se patet, nec hanc quaestionem spectare ad prouincias, ubi, ob qualitatem Landfassiatus, omne homagium PERSONALE esse dicitur, sed saltem ad eas, in quibus admittitur subiectio realis. Si igitur prouinciae consuetudo ferat, ut extranei, bonorum immobilium possessores, ibi tantum QUOAD REM fiant subditi, omnino, ductu huius CONSVETVDINIS, dicendum est, homagium, eo nomine praestitam, in dubio pro REALI habendum esse, Certe IURECONSULTI WITTEMBERGENSES ^{b)} non dubitarunt, asserendum esse, Daß, wenn ein Auswärtiger, so anderswo sein domicilium constituiret, in einem Territorio unbewegliche Güter erlanget, und deshalb die Erbhuldigung leistet, ordentlicher weise und in dubio dafür zu halten, daß solches bloß in Ansehung der unbeweglichen Güter und derer davon schuldigen Praestandorum geschehen, keinesweges aber daraus die Constitutio noui domicilii und subiectio personalis zu schliessen.

^{b)} In Responso apud HORNIVM CLASS. II. RESP. 34.

XII.

HOMAGIUM REALE
NEVTIQVAM INANE NOMEN.

IAM, si lubet, expende, an huic argumento aliqua dignitas et utilitas constet, an uero homagium reale res superuacanea sit et nomen inane. Iauabit, compendio comprehendere momenta, quae explicitius tractata sunt. Fauent huic doctrinae, eandemque commendant, an dicam inculcant, BERGERVS, HORNIVS, LYNCKERVS, et LYDERVS MENEKENIVS, at quanta nomina. Fauent eidem, et ex eius apparatu sua responsa passim instruunt, DICASTERIA. Ipsa quoque res demonstrat, ad componendas fori controuersias nihil aptius esse hoc argumento. Ne uero scrupulum iniiciat auctoritas WERNHERI, cuius nomen, peraeque magnum, iis adscripsimus, ^c quibus suspecta uidetur haec species homagii, hoc addendum est, Virum summum sine dubio ibi respexisse ad prouincias, ubi exul homagium reale. Nam ipse, alio loco, ingenuus testis et fidus interpres est huius doctrinae, adeoque eius auctoritate magis firmatur, quam minuitur, dignitas huius argumenti. An enim putes, ei homagium reale rem plane inanem et absouam uideri, qui ipse publice docuit: *Diuiditur iuramentum subiunctionis, audis WERNHERVM, ^d in personale et reale. Illud intuitu personae et bonorum in loco domicilii praestatur. Hoc uero dicitur, quod intuitu bo-*

norum a FORENSIBVS QVANDOQVE PRAESTANDVM. Vi huius in-
ramenti igitur nemo ad praestationem personalium munerum adi-
gendus est, et qui adeo suo calculo probat BERGERI sententiam, di-
stinctionem homagii in personale et reale esse MEMORABILEM.
 Habes igitur quinque testes huius doctrinae, omni exceptione
 maiores, et quidem totidem Praesides Dicasteriorum Ordina-
 rios. His, ut ipsa libelli clausula illustrior reddatur, addimus sex-
 tum, Illustrem IOHANNEM GODOFREDVM BAVERVVM, iam Ordinis
 Iuridici Lipsiensis Praesidem Ordinarium, imo integrae Iurecon-
 sultorum reipublicae primarium decus, cuius testimonio e com-
 probatur, subtile illud, et nodis suis implicatum, argumentum de
 FORO SCHRIFTSASSIATVS REALIS, explicari non posse,
 nisi fines homagii realis et personalis
 caute regantur.

c) *Supra §. II. tit. a.*

d) *WERNHERVS Select. Obs. Part. IV. Obs. 151. num. 281.*

e) *ILL. BAVERVVS in Progr. de foro Schriftsassistatus realis anno 1761. publico
 iuris factio. pag. 8. et 18.*



zell/m 001 / MAG / P3

2009 8 020636

SLUB DRESDEN



3 1605161

Dieser Band wurde 2005
durch Bestrahlung sterili-
siert. Verfärbungen stellen
keine Gefahr dar.

